

cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xl. — § 14. A præside Pamphylia sic: spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix; primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xxiv; ejus adjutori, sol. iii; cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xl. — § 15. A præside Bithynia sic: spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix; primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xxiv; ejus adjutori, sol. iii; cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xl. — § 16. A præside Hellesponti sic: spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix; primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xxiv; ejus adjutori, sol. iii; cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xl. — § 17. A præside Lydia sic: spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix; primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xxiv; ejus adjutori, sol. iii; cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xl. — § 18. A præside Phrygiae salutaris sic: spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix; primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xxiv; ejus adjutori, sol. iii; cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xl.

§ 20. A præside⁴⁶ Lycaonia sic: spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix; primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xxiv; ejus adjutori, sol. iii; cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xl. — § 21. A præside Novæ Justinianæ sic: spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix; primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xxiv; ejus adjutori, sol. iii; cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xl. — § 22. A præside Armeniae secundæ sic: spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix; primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xxiv; ejus adjutori, sol. iii; cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xl. — § 23. A præside Armeniae magnæ sic: spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix; primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xxiv; ejus adjutori, sol. iii; cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xl. — § 24. A præside Cappadociae primæ sic: spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix; primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xxiv; ejus adjutori, sol. iii; cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xl. — § 25. A præside Cappadociae secundæ sic: spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix; primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xxiv; ejus adjutori, sol. iii; cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xl. — § 26. A præside⁴⁷ Hellenoponti sic: spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix; primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xxiv; ejus adjutori, sol. iii; cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xl. — § 27. A præside Europæ sic: spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix; primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xxiv; ejus adjutori, sol. iii; cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xl. — § 28. A præside⁴⁸ Thraciæ sic: spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix; primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xxiv; ejus adjutori, sol. iii; cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xl. — § 29. A præside Rhodopæ sic: spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix; primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xxiv; ejus adjutori, sol. iii; cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xl. — § 30. A præside⁴⁹ Emimontis sic: spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix; primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xxiv; ejus adjutori, sol. iii; cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xl. — § 31. A præside Caria sic: spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix; primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xxiv; ejus adjutori, sol. iii; cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xl. — § 32. A præside Lyciæ sic: spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix; primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xxiv; ejus adjutori, sol. iii; cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xl. — § 33. A præside Augustanicae primæ sic: spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix; primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xxiv; ejus adjutori, sol. iii; cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xl.

Et quæcunque præsidiales, aut correctoriæ administrationes sunt.

§ 34. A præside Libyæ superioris sic: spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix; primicerio clarissimorum tribunorum notariorum,

⁴⁵ N. 24. — ⁴⁶ N. 25. — ⁴⁷ N. 26. — ⁴⁸ N. 26. — ⁴⁹ N. 20, c. 3. — 50. N. 41.

rum, sol. xv; ejus adjutori, sol. iii; cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xxxvi. — § 35. A præside Ægypti primæ sic: spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix; primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xv; ejus adjutori, sol. iii; cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xxxvi. — § 36. A præside Ægypti secundæ sic: spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix; primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xv; ejus adjutori, sol. iii; cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xxxvi. — § 37. A præside Augustanicae secundæ sic: spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix; primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xv; ejus adjutori, sol. iii; cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xxxvi. — § 38. A præside Palæstinae tertiæ sic: spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix; primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xv; ejus adjutori, sol. iii; cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xxxvi. — § 39. A præside Arabiae sic: spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix; primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xv; ejus adjutori, sol. iii; cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xxxvi. — § 40. A præside Euphratensis sic: spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix; primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xv; ejus adjutori, sol. iii; cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xxxvi. — § 41. A præside Mesopotamiae sic: spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix; primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xv; ejus adjutori, sol. iii; cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xxxvi. — § 42. A præside Ciliciae secundæ sic: spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix; primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xv; ejus adjutori, sol. iii; cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xxxvi. — § 43. A præside Armeniae primæ sic: spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix; primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xv; ejus adjutori, sol. iii; cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xxxvi.

§ 44. A præside Galatia secundæ sic: spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix; primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xv; ejus adjutori, sol. iii; cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xxxvi. — § 45. A præside Honoriadis sic: spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix; primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xv; ejus adjutori, sol. iii; cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xxxvi. — § 46. A præside Insularum⁵⁰ sic: spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix; primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xv; ejus adjutori, sol. iii; cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xxxvi. — § 47. A præside Mysia secundæ⁵¹ sic: spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix; primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xv; ejus adjutori, sol. iii; cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xxxvi. — § 48. A præside Scythiæ sic: spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, sol. ix; primicerio clarissimorum tribunorum notariorum, sol. xv; ejus adjutori, sol. iii; cohorti gloriosissimorum præfectorum pro jussione, sol. xxxvi. — § 49. Pro uniuscujusque civitatis defensore, si quidem sit metropolis, [pro metropoli] apud officium gloriosissimorum præfectorum prætoriorum dandi sunt solidi num. iii; si vero alterius civitatis, solidi iii; et ultra hæc nihil. Nec enim defensores vel dare iudicibus, nec alteri cuiquam, nec accipere volumus: nisi quædam sint [cum ab his volo: præsideant] consuetudinis: scientibus eis, quia si nuntietur nostræ potestati de aliquo eorum quia prævaricatur quæ a nobis sancita sunt: et quod receperint, quadruplum reddent: et officio soluto, exilium habitabunt continuum: cum etiam provinciarum iudices si hoc neglexerint, et defensores sinant rapere: non modicam et ipsi sustineant penam. — Dat. 47 kal. Maji Constantinopol., BELISARIO V. C. CONS. 538.

Scriptum est exemplar hujus Dominico gloriosissimo præfecto apud Illyricum prætoriorum. Sed ita quidem adjectionibus iussurandum subeant, secundum proprium de hoc facto indicium sacramentum, cujus exemplar etiam directum est tua celsitudine. Qui vero administrationem suscipiunt a tua celsitudine, directos hinc eis a nobis codicillos suscipiant, præsentem Deo amabili civitatis in qua degunt, episcopo, et aliis qui in civitate sunt, in iudicio tua celsitudinis congregatis, et officio omni tuo: coram quibus etiam codicillos accipiant, et jurent prædictum iussurandum, et maxime hoc præcipimus coram curialibus agi, quos competens est magna frui et a tua celsitudine, et qui idem ferent cingulum. Optima

51. N. 12.

autem erit providentia et studium, ut et nihil ab eis tu lucreris omnino, neque permittas eos ab ullo læli: eos enim qui hanc nituntur iniquitatem, quatenus et felicissimo nostro utantur exercitū, et reliquis curiales adimpleant functiones: quia non oportet talia attentari solatia ut possit referri ad tantam tarditatem: nihil enim nobis tam commendat tuam celsitudinem, quomodo circa curiales uniuscujusque civitatis providentia, quam præberi volumus istis et a tua celsitudine, et a cinguli semper successoribus. Quapropter dum codicillos dederis administrationes accipientibus a te, aut præsentem, hoc eis tuam denuntiare volumus sedem, ut curialibus omnem ferant favorem, nihil penitus ab eis accipientes. Prohibeatur autem et ab aliis eis afferri damna: et agnoscat per te, quia si præter hoc aliquid egerint, pœnis subjacebunt gravissimis. Sicut enim curialibus parcere te volumus, ita et defensorum⁵² castigare et retinere avaritiam sancimus, et ab eis presumere accipere a nostris subjectis, nisi secundum quod eis administrat respublica: aut si non est aliquid eis publicum solatium, quantum inculpabilis antiquitas definivit: ut a spontaneis ipsis magis quam ab invitis accipiant, et hoc parum, et quantum eis ad mediocrem sufficit vitæ gubernationem. Sciant enim, quia si citra hæc aliquid acciperint: non solum quadrupli subjacebunt pœnæ, sed etiam exilium habitabunt continuum: prius eis plagis corporeis infligendis.

TIT. III.

JUSJURANDUM QUOD PRÆSTATUR AB HIS QUI ADMINISTRATIONES ACCIPIUNT.

Juro ego per Deum omnipotentem, et filium ejus unigenitum, Dominum nostrum Jesum Christum, et Spiritum Sanctum, et per sanctam gloriosam Dei genitricem, et semper virginem Mariam, et per quatuor Evangelia quæ in manibus meis teneo, et per sanctos archangelos Michaelen, et Gabrielem, puram conscientiam germanicque servitium me servaturum sacratissimis nostris dominis Justiniano, et Theodoræ conjugum ejus, occasione tradita mihi ab eorum pietate administrationis: et omnem laborem ac sudorem cum favore, sine dolo, et sine arte quacunque suscipio in commissa mihi ab eis administratione de eorum imperio atque republica: et communicator⁴ sum sanctissimæ Dei catholicae et apostolicæ ecclesiæ: et nullo modo vel tempore adversabor ei: nec alium quemcumque permitto, quantum possibilitatem habeo. Juro quoque idem iussurandum, quod nulli penitus neque dedi neque dabo occasione dati mihi cinguli, neque occasione patrocinii, neque promissi, neque professus sum de provincia mittere, neque mittam, neque occasione dominici suffragii, neque famosissimis præfectis administrationem habentibus, neque iis qui circa eos sunt, neque alii hominum ulli: sed sicut sine suffragio percepi cingulum, sic etiam pure me exhibebo circa subjectos piissimorum nostrorum dominorum: contentus iis quæ statuta sunt mihi de fisco annonis. Et primum omne habebō studium, ut fiscalia² vigilanter inspiciam: et indevotos quidem, et indigentem necessitate, cum omni exigam vehementiam, nequaquam subindignatus, neque ob hoc lucrum ipsum omnino considerans, aut per gratiam vel odium exigens aliquid citra quam competit, aut concedam alicui: devotos autem paterne tractabo, et subjectos piissimorum nostrorum dominorum illaeso undique, quantum possibilitatem habeo, custodiam. Et æquus in causis utriusque parti, et in publicis disciplinis ero: nullique parti citra quam justum est, præstabo: sed exequar universa delicta, et omnem æquitatem servabo secundum³ quod mihi visum fuerit justum: et eos quidem qui innoxii sunt, undique innoxios illaesoque conservabo: noxiis autem imponam supplicium secundum legem, et omnem justitiam (sicut jam dictum est) in publicis et privatis contractibus eis servabo: et si comperero fiscum injustitiam pati, non ego solum hoc ago, sed etiam semper mihi assidentem⁴ talem studebo assumere, et circa me omnes: ut non ego purus quidem sim, qui vero circa me sunt, furentur et delinquant. Si quis autem inveniatur circa me talis: et quod fit ab eo, me sanare et eum expellere. Si vero non hæc omnia ita servavero: recipiam licet et in futuro seculo in terribili iudicio magni Domini Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi: et habeam partem cum Juda, et lepra Giezi, et tremore Cain: insuper et pœnis quæ lege eorum pietatis continentur, et subiectus. Scriptum est exemplar hujus Dominico gloriosissimo per Illyricum prætoriorum præfecto.

⁵² N. 15.

TIT. III. — 1. Lib. 15, l. 20, C. de episc. aud.; l. ult. C. de postal.; l. 9, C. de divers. offic. — 2. c. 8 in pr. tit. 2, supr. — 3. Add. l. 6, § 1, D. de offic. præsid. — 4. d. c.

TIT. IV.

UT ETIAM ECCLESIA ROMANA CENTUM⁴ ANNORUM GAUDEAT PRÆSCRIPTIONE.

NOVELLA CONSTIT. IX.

1. Imp. Justin. A. Joanni viro beatiss. ac sanctiss. archiepisc. et patriarchæ veteris Romæ.

PRÆFATIO.

Ut legum originem anterior Roma sortita est, ita et summi pontificatus apicem apud eam esse nemo est qui dubitet. Unde et nos necessarium duximus patriam legum, fontem sacerdotii, speciali nostri nominis lege illustrare, ut ex hac in universas ecclesias catholicas, quæ usque ad Oceanum fretam positæ sunt, saluberrimæ legis vigor extendatur: et sit totius Occidentis, necnon et Orientis, ubi possessiones sitæ inveniuntur ad ecclesias nostras sive nunc pertinentes, seu postea eis acquirendæ, lex propria ad honorem Dei consecrata. Cum enim antiqua jura xxx annorum metis temporales exceptiones concluderent, et si hypotheca fuerat, paulo longiora eis spatia condonabant: nos sacrosanctas ecclesias hujusmodi quidem curialibus temporum nullatenus excludi concedimus, maxime in his rebus, in quibus vel læsionem sustinerint, vel quicquam debeat: sed centum tantummodo annorum lapsu temporalem exceptionem eis opponi sancimus: ut maneant per totum prædictum tempus integra jura ecclesiastica, et non possit eis alia præter centum annorum obviare exceptio: cum hoc tempus vitæ² longævum hominis plerumque finis esse dignoscatur. Habeat itaque sanctitas tua hanc legem catholicis totius Occidentis ecclesiis profuturam, et in Orientales partes propagandam, in quibus aliquid sacrosanctæ possident ecclesiæ: ut sit Deo omnipotenti dignum donarium, divinarum rerum tutio: nec iniquis hominibus impium remaneat præsidium, et tutus peccandi locus etiam scientibus relinquatur: sed ille servetur innocens, qui re vera innoxius sit: nec improba temporis allegatione sese tueatur: tempus pro puritate prætendens. Quod igitur nostra æternitas ad omnipotentis Dei honorem; venerandæ sedi summi apostoli Petri dedicavit: hoc habeant omnes terre; omnes insulae totius Occidentis, quæ usque ad ipsos Oceani recessus extenduntur, nostri imperii providentiam per hoc in æternum. Reminiscens, hujus legis prærogativam (sicut supra dictum est) non solum in Occidentalibus partibus romanæ ecclesiæ condonamus, sed etiam in Orientalibus partibus, in quibus ecclesiasticæ urbis Romæ possessiones sunt, vel postea fuerint, scilicet omnibus iudicibus majoribus et minoribus, qui Christiani et orthodoxi sunt, vel postea fuerint: hanc nostram constitutionem servanti: nihilominus hujusmodi legis temeratoribus, post cælestes pœnas etiam legitimum semper vigorem pertimescentibus, et pœnam 2 libr. auri formidantibus: hac lege non solum in postea emergentibus causis suum tenorem exerceante, sed etiam in iis quæ jam sunt deductæ in iudicium.

EPILOGUS.

Sanctitas itaque tua præsentem nostræ mansuetudinis legem piissimam, sive sacrosanctam oblationem, quam Deo dedicamus, accipiens, intra sacratissima vasa reponat: et a nobis servandam, et omnes ecclesiasticas possessiones servaturam. — Dat. Constantinop., 6 kal. Maji, BELIS. V. C. CONSULE.

TIT. V.

DE REFERENDARIIS⁴ PALATHI.

NOVELLA CONSTIT. X.

Imp. Justin. Aug. Hermogeni gloriosiss. sacrorum officiorum magistro, exconsuli, et patricio.

PRÆFATIO.

Cum aliis omnibus quæ in ordinem perduximus competentem, neque ea quæ de spectabilibus nostris referendis sunt, foras relinquere existimavimus a nostra providentia: et tanto magis, quanto nobis utiliores constituti sunt, primum quidem eos non in multitudine constitutos, nos, ut adjuvarem multos per eos singulorum facile petitiones discentes, plures esse quam dandum fecimus. — § 1. Sed apparuerunt quidam nos

8, in pr.

TIT. IV. — 1. Abregol. N. 111; N. 151, c. 6. — 2. L. 25, C. de sacros. eccles. TIT. V. — 1. Fac. N. 113, 124, c. 4.

tram largitatem in immensum vocantes, et multos quidem nobis introducentes supplicantes: multis autem petitionibus usi, ita semper adjectiones in immensum incompetens, causam sic perduxerunt honestam: nil enim petentibus factum est finitum donec in quatuor et decem eorum numerus exiret. Propterea igitur utpole causa jure a nobis honorata, deinde in multitudinem effusa, ne propria imminuatur honestate, prævidimus certa eorum numerum comprehendere mensura: non ut quæ sunt auferamus eis concessa, (nec enim hoc imperialis est majestatis proprium) sed ut omnium placentium nobis et honeste ministrantium, foras aliquos ex his constituamus a nostro ministerio, nullo omnino concedimus modo: sed manere quidem eos sancimus secundum figuram qua sunt: neminem tamen omnino adjici, donec in octo viros perveniat numerus: *ut hi perpetuo sint octo constituti*: numero quidem hoc per nullum modum aut tempus aucto, festinantibus autem ipsis perpetuo invicem transcendere circa nos et imperium cura et devotione: nemine licentiam habente, neque petere aliquid deinceps tale, sed sciente quod neque implebitur petita: pro eadem autem petitione non solum obligatus erit pœnæ auri librarum decem, sed etiam propria solabitur militia. Volumus enim eos in mensura quidem usque ad dictum numerum contineri: justitia vero et aliis virtutibus augeri, et ad manus apparere. *Multitudo enim numerosa nihil habet honestum: quoniam in paucis ex multis quæ secundum virtutem est, vita salvatur.* Maneant igitur, secundum quod prædiximus, nunc in eadem figura.

EPILOGUS.

Hæc autem tua eminentia cognoscens custodiat, ut nullo tempore transgrediatur aliquid eorum quæ a nobis sancta sunt: sed eos qui præter hoc aliquid agunt, interminatam exigi pœnam, tanquam ea petentes, quæ nec petere licet, neque dare possibile est, sitque et hæc lex nostra multitudinem quidem expellens: introducens vero virtutem, quæ non in multis apparet: et præcipue in viris procedentibus ex patribus quidem bonis, suam autem vitam constituentibus tam in petitionibus indigentium, quam ad nostrum in eos auxilium. Quæ igitur placuerunt nobis, et per hanc sacram legem manifestata sunt, tua eminentia operi effectuique tradere festinet. — Dat. id. Maji Constantinop., BELISARIO V. C. CONS. *

Deest hic novell. xi, ut et in omnibus grecis editionibus: titulus ejus tantum superest in hanc sententiam:

UT QUÆ CIRCA VIMINACIUM SUNT ECCLESIAE SUB PROPRIO ARCHIEPISCOPO SINT, NON AUTEM AMPLIUS SINT SUB ARCHIEPISCOPO THESSALONICÆ.

At illam integram reperi in veteri quodam libro manuscripto, ubi inscribitur:

TIT. VI.

DE PRIVILEGIIS ARCHIEPISCOPI JUSTINIANÆ PRIMÆ¹, ET SEDE P. P. ILLYRICO IN PANNONIAM SECUNDAM, ID EST, JUSTINIANAM PRIMAM TRANSFERENDA.

NOVELLA CONSTITUTIO XI.

Imp. JUSTIN. A. Catelliano iro beatissimo, archiepiscopo primæ Justinianæ.

PREFATIO.

Multis et variis modis nostram patriam augere cupientes, in qua primo Deus præstitit nobis ad hunc mundum quem ipse condidit, venire, et circa sacerdotalem censuram eam volumus maximis incrementis ampliare, ut primæ Justinianæ patriæ nostræ pro tempore sacrosanctus antistes, non solum metropolitanus, sed etiam archiepiscopus fiat: et cæteræ provincie sub ejus sint autoritate, id est tam ipsa Mediterranea Dacia, quam Dacia Ripensis: nec non Mysia secundæ², Dardania, et Prævalitana³ provincie, et secunda Macedonia: et pars secundæ etiam Pannoniæ, quæ in Bacensi est civitate. Cum enim in antiquis temporibus Firmi præfectura fuerit constituta, ibique omne fuerit Illyrici fastigium tam in civilibus quam in episcopalibus causis, postea autem *Attilanis temporibus* ejusdem locis devastatis Apennius præfectus prætorio de Firmiana civitate in Thessalonicam profugus venerat, tunc ipsam præfecturam et sacerdotalem honor secutus est: et *Thessalonicensis episcopus, non sua auctoritate, sed sub umbra præfecturæ meruit aliquam prærogativam.* Cum igitur

2. N. 81, c. 2, in fin.
Tit. VI. — 1. N. 6, c. 15, § 21. — 2. d. N. 8, c. 15, § 47. — 3. N. 151, c. 5. — 4. d. N. 121, c. 3.

in præsentem, Deo auctore, ita nostra respublica aucta est, utraque ripa Danubii jam nostris civitatibus frequentetur, et tam Viminacium quam Recidua et Literata quæ trans Danubium sunt, nostræ iterum ditioni subiectæ sint, necessarium luximus ipsam gloriosissimam præfecturam quæ in Pannonia erat, in nostra felicissima patria collocare, cum nihil quidem magni distat a Dacia Mediterranea, secunda Pannonia. Et quia homines semper bellicis sudoribus inherentes non erat utile reipublicæ ad primam Macedoniam, post tot spatia, tantasque etiam difficultates venire, ideo necessarium nobis visum est ipsam præfecturam ad superiores partes trahere, ut juxta eam provincia constituta, facilius sentiant illius medicinam. Et ideo tua beatitudo et omnes præfatæ primæ Justinianæ sacrosancti antistites, archiepiscopi habeant prærogativam⁴, et omnem licentiam, suam auctoritatem eis impertiri, et eos ordinare, et in omnibus superscriptis provinciis primam habere dignitatem, summum sacerdotium, summum fastigium, a tua sede creentur, et solum archiepiscopum habeant, nulla communione ad eum Thessalonicensi episcopo servanda: sed tu ipse et omnes primæ Justinianæ antistites, sive ejus iudices et disceptatores, quicquid oritur inter eos discernim, ipsi hoc dirimant, et finem eis imponant, et eos ordinent, et nec ad alium quendam eatur, sed suam agnoscant archiepiscopum omnes prædictæ provincie, et ejus sentiant creationem, et vel per se, vel per suam auctoritatem, vel clericos mittendos habeat omnem potestatem, omnemque sacerdotalem censuram, et creationis licentiam. Sed et in Aquis, quæ est provincia Daciæ Ripensis, ordinari volumus a tua sanctitate episcopum, ut non in posterum sub Meridiano Thraciæ oppido episcopo sit constituta, sed Meridianus quidem maneat in Meridiano, nulla communione cum Aquis servanda. Aquensis autem episcopus habeat præfatam civitatem, et omnia ejus castella et territoria et ecclesias, ut possit Bonosiacorum scelus ex ea civitate et terra repellere, et in orthodoxam fidem transformare. Ut igitur sciat beatitudo tua nostri numinis dispositionem, ideo præsentem legem ad tuam venerabilem sedem transmisimus, ut in perpetuum tale beneficium habeat patriæ nostræ ecclesia in Dei omnipotentis gloriam, et nostri numinis sempiternam recordationem. Quando autem tuæ recordationis sedis gubernatorem ab hac luce decedere contigerit, pro tempore archiepiscopum ejus a venerabili suo consilio metropolitanorum ordinari sancimus, quemadmodum decet archiepiscopum omnibus honoratum ecclesiis proveli, nulla penitus Thessalonicensi episcopo, nec ad hoc communione servanda.

EPILOGUS.

Beatitudo igitur tua, quæ nostra sanxit æternitas, modis omnibus ad effectum perducere non differat. — Dat. 20^o BELIS. V. C. CONS.

TIT. VII.

DE INGESTIS¹ ET NEFARIIS NUPTIIS.

NOVELLA CONSTIT. XII.

Imp. JUSTIN. August. Floro gloriosissimo comiti ubicunque posita divina rei private.

PREFATIO.

Pro incestis dudum nuptiis scriptas ab imperatoribus leges non perfecte habere judicamus: quæ eos quidem, qui incestis copulantur nuptiis, impunitos² sinunt, ex iis autem procedentem sobolem, utique inculpabilem existentem, privant rebus patris, ut necessitas sit eos quidem qui peccant sine reatu esse: eos autem qui innoxii sunt, tanquam peccantes puniri.

CAP. I. De incestis et nefariis nuptiis.

Sancimus³ igitur de cætero, si quis illicitas, et contrarias naturæ⁴ (quas lex incestas, et nefandas, et damnatas vocat) contraxerit nuptias, si quidem⁵ non habuerit filios ex prioribus legitimis et inculpabilibus sibi contractis nuptiis, mox ei suarum rerum casum imminere: simul autem, et eorum quæ nomine dotis data sunt ei, in nullo potiri: sed omnia erario adsignari: eo quod dum licuerit nuptias facere legitimas, contra leges amaverit: et confuderit⁶ quidem sobolem, nocuerit autem et generi: egerit vero quæ impia sunt et scelestas, et talia concupierit, qualia plurima etiam irrationabilia amovent animalia, sitque ei pœna non confiscatio solum, sed etiam cinguli privatio, et exilium: et si vilis fue-

Tit. VII. — 1. N. 159, 154; Lib. 5, C. 5. — 2. Vide tamen L. 5, D. de quest. — 3. Auth. Incestus, C. h. t. — 4. Adde L. 8, l. 29, § 1; l. ult. D. de ritu nupt. — 5. Adde L. 6, C. h. t. — 6. N. 154, in fin. pr.

rit: etiam corporis verberatio, quatenus discat caste vivere, et intra naturam se continere, non autem delectari, et amare ultra terminum traditum nobis a natura, (etiam his legibus repugnare.) Muliere quoque, si legem sciens⁷, hanc quidem neglexerit, incestis autem semetipsam traderit nuptiis, sub eadem constituenda pœna.

CAP. II. Ut liberi legitimi incestuosorum supplicio patris sui juris fiant, et res patris accipiant.

Si vero contigerit ex prioribus nuptiis inculpabilibus filios esse ei, aut nepotes forte, aut ulterius, paternam mox illi accipiant successionem, suæ quidem potestatis patris supplicio facti, pascentes⁸ autem eum, et alia necessaria præbentes. *Nam licet legum contemptor et impius sit, tamen pater est.*

CAP. III. Intra quod tempus huic constitutioni locus sit, et quid⁹ incestuosi filii juris habeant in bonis patris.

Et hoc quidem sequens tempus habeat post præsentem nostram constitutionem currens: nullo contristando si caste vixerit: licebit enim nihil peccantes sub hac lege non subdi. Quod vero jam transactum est, nec omnino relinquimus innoxium: nec omnibus modis sub acerbam indignationem submittimus: sed si quæ incestæ factæ sunt nuptiæ, si quidem contigerit eas quolibet modo dissolvi¹⁰, sine reatu sint. Si vero hæc nostra lex invenerit aliquem post tales nuptias, licentiam ille habeat, ex quo omnibus insinuata est, intra duos annos si sibi copulatam dimittere conjugem, non reversuram ulterius ad eum: neque separatam quidem figuraliter, pro veritate vero conjunctam, forsitan enim sic prioribus satisfaciatur, sola quarta ejus substantiæ parte ad fiscum deferenda, et ad filios omni alia substantia: quam eis tanquam innoxii concedimus: ut si quidem soli, et non cum aliis, et ipsi legitimi sint, ex aliis nuptiis inculpabilibus existentibus: non priventur paternæ successione: nisi juste eos odio habens pater, propter aliam quandam legitimam offensionem a sua excludat successione. — § 1. Si vero etiam nuptiæ sint aliæ prius factæ, et non offendentes legem, et filii inde oriantur: tres quidem partes hereditatis undique inculpabilibus, et innoxii relinqui filiis: nisi aliquid offendant aliud, quod eos indignos patris secundum legem successione demerent: quartam vero filiis injuriam quidem passis, innoxii tamen relinquere liceat, et ipsi inculpabilibus per omnia alia circa patrem visis, scilicet et percepta ex paternæ substantia quarta parte, quam fisco dari præcipimus. Damus autem eis non ex testamento solo, sed etiam ab intestato genitorum secundum prius a nobis dictum modum fieri heredes: hoc eodem valente, si etiam postquam prius dimiserit conjugem inceste sibi commissam vel copulatam, alteram duxerit secundum legem uxorem, filii ei et ex prioribus existentibus et postea ex legitima procreatis: sic enim prius tempus clementiæ vincimus, dote quippe præcedenti mulieri danda. Si autem uxorem non dimiserit intra duos annos, ex quo lex fuerit publice insinuata, et ipse cadat sua substantia, et mulier dote, et supradicta fiat pœna: tales quoque filii nihil ex paternæ substantia habebunt, neque ex materna dote. Sed si qui fuerint ex prioribus nuptiis innoxii filii ei procreati: illi res accipiant (post quartam quippe partem quæ ad fiscum defertur) suæ potestatis effecti, et patrem¹¹ alentes, et aliam ei præbentes sufficientem sanationem, sicut prædiximus: dote etiam hic incestæ conjugis sub fisco facienda. Si vero filii non sint ex prioribus inculpabilibus nuptiis hoc agenti procreati: tunc totius ejus substantiæ dominus erit fisco: hæc enim etiam in postea nubentibus inceste, sancimus, sub æqualitate per omnia ponentes eum, qui non dimittit intra prædictum a nobis tempus incestam conjugem, cum eo, qui post hanc nostram legem incestas et odibiles quasdam nuptias elegerit.

CAP. IV. De naturalibus liberis ante¹² dotalia instrumenta natis.

Dubitatum itaque etiam in quibusdam gentibus aliquid de legitimis filiis ex nostra constitutione factis, existimavimus recte se habere nos tanquam legis patres et adjicere ei, et solvere dubitationem. Etenim cum tali intellectu ab initio legem posuimus: nam et si legitimorum quisquam sit pater et abeunte¹³ ejus uxore ex hominibus, aut etiam legitime transigente, habuerit quandam consuetudinem ad aliam mulierem, quam licebat etiam legitime ducere uxorem, et fuerint ei filii, aut ante dotalia documenta, si tamen ea fecit, aut etiam postea, vel etiam soli maneant ante dotalia filii, secundis autem non procreatis, aut etiam postquam nati sunt, morientibus: existimaverunt quidam non posse secundos esse legitimis: quoniam præexistant ex priori conjugis alii legitimi et proprii filii, quod nullam rectam et consequentem habet consonantiam. Si enim hujusmodi filios nos legitimis et proprios demonstravimus, dotalia¹⁴

7. L. 27, § 1, D. de ritu nupt. — 8. c. 3, § 1, circa fin. infr. hic. — 9. Adde N. 89, c. 15. — 10. L. 4, in fin. C. h. t. — 11. c. 2, supr. hic. — 12. N. 19, et 89, c. 8. — 13. Auth. Quod

documentorum contenti confectio: legitimi vero etiam primi constituti sunt, in omnibus legitimis etiam pater moritur, et iis qui ex prima fuerunt, et qui de secunda, licet ante dotalia documenta procreati sunt, et nullus post eos post documentum dotis natus est, aut etiam natus et mortuus: et licentiam lex ei præstat, quo vult testari modo, in suam sobolem, ut tamen non offendat in aliquo leges, quæ mensura certa successione omnes filios vocant. Venient igitur etiam ab intestato et ex testamento (sicut et pater et lex permittit) proprii existentes atque legitimi: alterutrisque succedent. Quid enim aliud decernimus, cum sufficiat legitima et suorum appellatio sub potestate eos ostendere, et dare etiam contra testamentum, quæ leges præbent, et omnia habere quæcunque hujusmodi appellationem decent?

EPILOGUS.

Tua igitur eminentia, quæ placuerunt nobis, et per hanc legem declarata sunt, agnoscens, operi effectuique tradere festinet, præcepto utens apud gentium præsides, ut et qui foris sunt homines, agnoscant, quia sobolis innoxia et puræ curam habuerimus, et alienigenas atque nostris odibiles legibus aversamus copulationes. — Dat. 6 id. octobr. Constantinop., BELISARIO V. C. C. INDICIONE XIV, 535.

TIT. VIII

DE PRÆTORIBUS POPULI¹.

NOVELLA CONSTIT. XIII.

Idem, A. Constantinopolitanis.

PREFATIO.

Clarissimorum *vigilia judicum* nomen honestum et antiquis Romanis cognitum, nescimus, quemadmodum in aliam translatum est appellationem et ordinem. Patriæ enim nostræ vox *præfectos eos vigillum* appellavit, vigilantibus et nihil imperscrutatum relinquentibus hominibus, hoc cinguli præponens. Vox enim Græcorum nescimus, unde *præfectos* eos appellavit *noctium*, tanquam necessarium esset, sole quidem (verisimiliter) decumbente exurgere cingulum, quiescere autem debilitatum. Quid enim erat, propter quod *noctium* addidit nomen? Si enim quodammodo hæc sola dignitate, quæ in noctibus sunt non recte gesta curam habente et circumlustrante civitatem, hanc habuit appellationem, sed hoc ipsum et civitatis cingulum videmus agentem, quatenus nihil interesset quod prohiberet super appellatione ista, etiam dignitatem illam hoc nomine vocitari. Si enim dividi dignitates possunt, et gloriosum quidem præfectum felicissimæ hujus civitatis esse diurnum judicem, alios autem noctis vehementer competentium aberraverint, rectitudinem nominum nescimus quemadmodum corruptentes. Hanc igitur appellationem istam nebulosam existentem et obscuram et *noctis* prænomen, fortassis refugiant omnes, et pœnam esse hanc administrationem existimant, et neque imperialium dignam codicillorum esse putant.

CAP. I.

Nos igitur rem quomodo oportet aspicientes, æstimavimus oportere dignitatem hanc a principio incipientem ab appellatione, in totum erigere et ornare et *nycteparchum* nullatenus de cætero vocari. Curam enim habebunt eorum quæ in diem et in noctem, præter quod competens est aguntur. — § 1. Igitur quoniam antiquis Romanis vehementer *prætoris* placuit nomen, propterea existimavimus eos *prætores plebeios* oportere nominare, qui ad custodiam et disciplinam constituti sunt, et plebeiam possunt compescere seditionem, et sicut cæteri prætores sunt in curia senatus, libertatum et tutorem et talium præsides, ita sint et isti prætores super populorum rectitudine, et nostra quidem voce *plebis prætores* appellantur, græca vero ista et communi [lingua] *prætores populorum*. *Prætoris* enim qualiter est honestum nomen, qualiter non² longe constitutum a consulari, qualiter vicinum legi affictum, manifestant leges, consulari conjungentes prætores, secundum eis cum lege dantes ordinem. Et quemadmodum antiquitus consules fuerunt, qui magnæ præerant curiæ, principes autem plebis qui plebem gubernabant, ita et nunc sunt prætores quidem senatus, qui ea quæ pridem a nobis dicta sunt, agunt: *principes vero populorum* hi, qui quietem eorum defendunt, et quod eis expedit, provident. — § 2. Revera enim dignitatem hanc olim honestam constitutam et in seniore Roma in usu frequentatam splendide, in temporibus non solum quæ imperatores habuerunt, sed et adhuc longius, et magna civitas hanc suscipiens dignitatem, non despec-

1. C. de naturalib. lib. — 14. L. 5, C. d. t. N. 18, c. 11; N. 117, c. 2.
Tit. VIII. — 1. Tit. D. de offic. præfect. vigili. — 2. N. 24, c. 1, in med.